9

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Pag. 295 56 3.t

¶ Franciſci patricij Epiſcopi Caietani oratoris sereniſſimi re-
gis Ferdinādi ad Innocentium octauū pontificem Summū:
Oratio.

NOn ſuz neſcius ſanctiſſime ac beatiſſime pater: qua
le onus mihi incūbat:qualēue prouinciam ſuſtineā:
Et plane video ingenij mei vires impares eſſe: atqꝫ
omni ex parte deficere. Quis enī tanta mētis acie ꝑſtaret:tan
taqꝫ diſciplinaꝝ omnium vbertate polleret:qui ſe ſibiipſi ſatis
eſſe polliceret̄ ad dicenduz:coram numine maieſtatis tue. Et
preſertim in tam celebri clariſſimorum viroꝝ conſeſſu: tanta
qꝫ hominū expectatione:uel in theatro potius totius orbis ter
rarum. Accedit etiam ad hoc ꝙ vices in preſentia gerimus ſe-
reniſſimi atqꝫ incliti regis Ferdinandi:cuius ſapientiā:conſi
lium:magnanimitatē: potentiam:omnis Italia admirat̄. Et
extere quoqꝫ gētes barbareqꝫ natiōes ſummopere verent̄. Ei⁹
modo iuſſu atqꝫ imperio huc acceſſimus:ut ꝓcumbentes ante
ſanctiſſimos pedes tuos:Te:ut dei optimi:maximi vicarium
xp̄iane religionis antiſtitez:ſummū atqꝫ vnicū Romane eccle-
ſie paſtorem veneraremur:coleremus:atqꝫ omni pietate adora
remus:Et eundem regem:imprimis:ſereniſſimā coniugem:li
beros proceres:regnum:vrbes:oppida:fortunaſqꝫ omnes: cel
ſitudini tue cōmendaremus:voueremus:dicaremuſqꝫ: Prete-
rea tibi ſummopere gratulemur pro hoc diuino munere tuo:ꝓ
fuſum eius gaudiū efferentes:mirificamqꝫ eius ſpem indican
tes:quā iure optimo in hoc ſacratiſſimo pontificatu tuo col-
locauerit. Hec tam multa:⁊ tam preclara oīa quis explicare po
terit:niſi adiutus fuerit a numine illo tuo preſtantiſſimo:cu-
ius vices geris:cuiuſqꝫ ꝓuidentia ſummus pōtifex deſtinat⁹:
Conſtitutuſqꝫ es:ut ſcilicet is eſſes:qui deterrimis ſeditioni-
bus diuturniſqꝫ Italie bellis finem aliqñ preſcriberes. Et vni
uerſe xp̄iane reipub. optime conſuleres. Atqui tu ipſe pro ingē
tiſſima clementia tua: mitiſſimus: placidiſſimuſqꝫ mihi eris:

Inc 1274

veniamq; dabis:Si quid inepte:aut minus decore:inter agē/
dū effundere: Gratiſſimum tamen:optatiſſimumq; mihi exti/
tiſſet: vt hic Reuerendiſſimus dominus meus Archiepiſco/
pus Capuanus:vel alius quiſpiā horū Illuſtriſſimorū domi/
norū:munus hoc dicendi ſuſcepiſſet: qui prudentia:doctrina
atq; eloquentia longe melius ſatiſfeciſſet:Et Sereniſſimi Re/
gis mētem clarius: lucidiuſq; expreſſiſſet.Sed malo equidem
parēdo habert videri: ꝙ prudentior ſi min⁹ eoꝝ dictis auſcul/
tauero:Subijtiēs tamē me ſemp eoꝝ Emēdatiōi paterneq; in/
crepatiōi:Uerꝝ ne nimis multa ꝓfitear reliquis omnib⁹ omiſ
ſis dicaz Quā de te pater Sanctiſſime felicia:letaq; omnia ſpe
rare poſſit Ferdinādus Rex : Et omnes chriſtiane religionis
principes ac populi:Deīde ſubijtiā:ꝙ leto animo:hilariq; vul
tu obſequiū:vtranq; obedientiā Celſitudini tue preſtare pol/
liceat·Deinceps vero ſermonem meum perſtringam:⁊ ad me/
tas ꝑcurrere properabo.ne nimia verboꝝ prolixitate:mentem
tuam: maximis in rebus occupatā: ſenio ac tedio afficiam·Si
quis diuine pontifex recte conſiderare velit:⁊ diligēter omīa
animo et cogitatione metiri·Intelliget ꝑfecto mortaliū omni
um ſpem·īrritā ·vanam atq; inbecillam eſſe:niſi a deo reꝝ om
nium conditore:artifice:architecto:motore proficiſcat·Proin
de cernim⁹ innocētes viros:⁊ optimo diuino numini concilia
tos·ſemp bene ſperare·Et iccirco e manifeſtis ꝑiculis ſepe eua
dere Et ad optatum exitum res nōnunꝙ profligatas: atq; af
flictas perducere·Hec quidē ſpes illa habetur:quam Simoni
des Liricus poeta: hominū Reginam eſſe duxit Et grecorum
nonnulli doctiſſimi viri:affectū omnium dulciſſimum eſſe pu
tauerunt.Cuiuſquidē ſententie adſtipulator Bias Brienenſis
vnus e ſeptē grecie ſapiētibuſ fuiſſe dicitur: Quandoquidem
communis ſpes inter probos homines:mutuā quandam beni
uolentiā conciliat · Arbitrantur ſiquidem tunc deum reb⁹ eo/
rum conſulere·⁊ preſenti auxilio optime cōſpicare·Nō erit igi/
tur admirandū veteres Achademicos ſpem ipſam tot tātiſq;

laudibus extuliſſe. Et eandẽ etiã inter mortales virtutes con
numeraſſe. Fulta enim diuino preſidia multoꝝ bonorum ſepe
numero potẽtiſſima cauſa eſſe cernit̃. Eiuſmodi verba eo con
ſilio dixi: ut oẽs intelligãt in numine maieſtatis tue: ſpem per
ingentem collocandam eſſe. Age ut a preſagijs quibuſdam or
diar. Quis nõ intelligat feliciſſimũ ſidus per te nobis illuxiſ
ſe: Ex quo xp̃iani omnes pacem: quietẽ: atq; ocium ſperare poſ
ſint. Ardebat omnis Italia terra mariq; ſeuiſſimis ac diutur
nis bellis: nulle pacis conditiones afferebant̃. Que nõ q̃pri
mũ irrite infecteq; redderent̃. Armis omnia ſtrepebant. Ciui
tates atq; opida inteſtina ſeditione laborabãt. Itinera ac vie
oẽs obſidebant̃. Preſto aderãt latrones: ſicarij: graſſatores: et
miſeros quoſq; viatores ſpoliabant: diripiebant: cedebãt: vul
nerabant: iugulabant: trucidabãtq;. Nemineq; reducere inco
lumẽue ad ꝓprias lares domeſticoſq; penates redire ſinebãt.
Quinetiã pyrrate peſſimum hominũ genus: vniuerſum mare
infeſtabant: mioparonibus: lembis: triremibus: atq; omni na
uigioꝝ genere littora inuadebant. Predas agebant: pecora ab
igebant: captiuos abducebant: ⁊ barbaroꝝ more compedibus
cathenisq; vinctos remigio adigebant. Quo quidem ſeruitio
nihil miſerabilius dici aut excogitari poteſt. Mercaturam ve
ro optimum mortaliũ cõmertium: omni ex parte prohibebant
Cõmeatus quoq; remq; oẽm frumentariam adeo arcebant: ut
admiranda penurie: intolerabiliſq; fames: vniuerſam pene eu
ropam vſq; adeo peruaſerit: ut cõplures inopes: ⁊ pueri: ⁊ mu
liercule ex inedia perierint. Addebat̃ etiã his erũnis facinus
deterrimũ atq; omnino inexpiabile Intra pomeriũ enĩ agrũq;
effatũ ſacratiſſime vrbis Rome: que rerum omniũ domina di
cta eſt: ⁊ vniuerſi terrarũ orbis imperium tenere meruit. Inte
ſtina bella: ciuileſq; pugne agebant̃. Tanta ſeuitia: tãtaq; im
manitate: ut omnia humano ſanguine redundarent. Nec tut⁹
vlla ex parte acceſſus erat ad ſacratiſſimas dei aras: diuorũq;
numinũ templa latebant. Sacerdotes atq; antiſtites: et ſacra

tiſſimi ꝓceres punico galero inſignes:ſepti armis: ſatellitibꝰ
qꝫ ſtipati:vix impias ſacrilegaſqꝫ manus euadere poterāt·Cō/
plura alia conſulto preterito:aut quibus animus indignatus
prorſus abhorret:ꝛ ingenuas auditoꝝ aures omni ex parte for
midant̄·Dicendūqꝫ profecto arbitror omnia hec diuina proui
dentia:que te nobis Antiſtite maximū deſtinauit: deſediſſe:
quieuiſſe:pacataqꝫ a deo eſſe:ut aurea ſecula(ſi poetis auſcul
tare volumus) ſperare poſſumus·Et iuſticiā illā: que ꝓpter
hominū cedem terras reliquerat:ꝛ ad ſuperos migrauerat:ad
nos aliquādo redituram· Quam primū quidem celeſte illud
tuum ſidus emicuit:pacis cōditiones:vltro:citroqꝫ date acce/
pteqꝫ ſunt·Italicus omnis furor cecidit· Inteſtine ſeditiones
quieuerunt·Libera ſunt viatoribus itinera:latrones capti:fu
gatiqꝫ penas dederunt·Pirrate ſubductis nauigijs:mare libe
rum nautis inſtitoribuſqꝫ reliquerint·Annona ipſa ꝛ eſculen
ta:poculentaqꝫ omnia ſic abundanter affluunt: ut nō deuecta
vndiqꝫ:ſed virgula quadam diuina (ut dicitur) e celo prola/
pſa eſſe videant̄·Romane quoqꝫ diſcordie ſedate ſunt·Princi/
pes maieſtatis tue nutum obſeruant: Et populus nullum obſe
quij munus detrectat:veniſſe Octauij ceſaris tēpora oēs vul/
go exclamāt·In quibus oīa pacis:quietiſqꝫ bona affatim con/
fluebāt:his p̄ſagijs diuiniſqꝫ monitis p̄currētibus·Quid ali/
ud dicere poſſumus:niſi proſpera letaqꝫ oīa ſperāda eſſe:te du
ce:te auctore:ꝛ vices ſaluatoris nr̄i xp̄i inter mortalē gerente·
Auget̄ preterea hoc celeſte teſtimoniū:opinione virtutum tu/
arum:que quidē preconio omniū:qui tecum aliqua conſuetu/
dine verſati ſunt:diuine potius quā humane haberi poſſunt·
Nam prudentia:fortitudine:iuſticia:grauitate:ſeueritate:ma
gnanimitate:pietate:te reliquis oībus principibus preferūt·
Clementia aūt te ſil̄em Iulio ceſari eſſe predicant:qui adeo cle
mens:ꝛ humana reſpiciēs extitit: ut quaſi pro numine quodā
coleretur·Quod quidem ut oſtenderet Romana plebs:eidem
cōmune templū cum dea Clementie edificauerit. Sunt etiam

qui opinent̃ hanc virtutem preter ceteras om̃es Ceſari ſuffra/
gatum eſſe: ut reruꝫ imperio potiretur· Vereor tam̃e magnitu
dinem tuam coram vlterius laudare Pater clementiſſime: ne
adulator aſſentatorue potius eſſe videar quaꝫ laudator: ac te/
ſtis veriſſimarū virtutum tuarum· Proinde alterā partem bre
uiter attingam: ne multus in dicendi eſſe videar· In qua qui
dem propoſitū fuerat: Ferdinandū regem inclitum: obſequiū
vtrāqꝫ obedientiam celſitudini tue polliceri· Neqꝫ hoc vlla ex
parte ambigendū eſſe duco· Nouit ſiquidē a teneris annis ex
paterna diſciplina: nihil eſſe quod magis regem cōmendet: ⁊
eum magis deo gratum conciliatūqꝫ faciet: quam ſi xpiane re/
ligioni: eiuſqꝫ ſummo pontifici: omni ſtudio: omniqꝫ diligētia
obſequatur· Hec enim vera pietas eſt ⁊ iuſticie pars potiſſima
Quam quidem ex Sexti Emperici philoſophi grauiſſimi opi
nione dicimus: Scientiam eſſe colendi dei· Vel ut Hermes
Trimegiſtus theologus acutiſſimus ait: Nocio ſummi dei ha
benda eſt. Que quidē ex oībus animalibus ſoli homini contin
git· Proinde qui deum ignorat: aut deſpicit is nomen: digni
tatēqꝫ hoīs amittit: ⁊ cū beluis oīno cenſendus eſt· Homo enī
ad dei contēplationem creatus eſt: quo ⁊ forma corporis indi
cat: ⁊ īmortalis mens noſtra declarat· Que diuinoꝝ eſt capax
ſemper meditatur: nunquā quieſcit· Firmauerunt hanc regis
Ferdinandi opinionem: illuſtriſſimorū maiorū ſuorum exem
pla: qui ſemper xpiane religioni dicatiſſimi extiterunt: ⁊ ſum
mis pontificibus obſequentes· Teſtis mihi ſit omnis Italia:
ut vetera: que innumerabilia eſſent omittā· Rex Alfonſus Fer
dinandi regis pater: omniū regum temporibus ſuis preſtātiſ
ſimus extitit· Et Alexandro macidoni: Pyrrho Moloſſo: ⁊ qui
buſcunqꝫ aliis vetuſtiſſimis regibus virtute: ⁊ rerum geſtarū
gloria adequandus· Is cum cerneret Eugenium pontificem
maximum Roma egreſſum: ⁊ per alienas vrbes quaſi errabun
dum vagari· Et alia ex parte Campaniā: Umbriam: Flamini
am: Piceniqꝫ agri vrbes omnes: partim ab eccleſia aperte defe

ciſſe:ꝑtim hoſtili ferro expugnatas eſſe·Primũ quidẽ grauiſſi
mũ indoluit.Deinde cũ cerneret Romanã eccleſiã oĩbus ꝑnci
pibus:ducibus:ppl'iſq; neglectui eſſe:celeri exercitu ꝯtracto:⁊
nõ parua claſſe egit:ut Romanus ppl'us timore parcitus Eu/
geniũ per legatos ſũmis ꝑcibus:magnis etiã pollicitationibꝰ
reuocaret·Et ſic eundẽ ope:cõſilio:auxilioq; ſuo ap'lice ſedi re/
ſtituit:cũ magna oĩm Italoꝝ leticia·Formidabãt nãq;:ne Eu
genius tãtis iniurijs laceſſitus:relicta Italia in tranſalpinã
galliã trãſmitteret:actũq; oĩno de re romana eſſet·His rebus
peractis:Alfonſus rex neutiq; per ociũ quieſcendũ eſſe duxit·
Sed celeri curſu:maximo cũ exercitu in agrũ Picenũ ꝯtendit:
ut inprouiſo hoſti cõgrederet̃.Veꝝ ille ut primũ regis aduẽtũ
per exploratores cognouit:relicto Piceno agro ad proprias ſe
des remeauit·Et hoc pacto vrbes oẽs ⁊ opida que in ꝑtãte ho
ſtiũ erãt:cũ preſidio auxilioq; deſtituta eſſent: ⁊ oĩ ſpe fruſtra
rent̃:patim bello cõpulſa:partim aũt venia a rege impetrata:
ad Ro·eccleſiã rediere·Quo quidẽ bñficio affecta:ꝑſtinas vi/
res ſuos q̃ iaz ceciderãt recupauit: ⁊ indies magis magiſq; au
cta ẽ·Ferdinãdus ꝟo rex paterna terẽs veſtigia:Ro·eccl'ie ſem
per paruit:parteſq; eius tutatꝰ eſt: ⁊ ſũmis pontificibus vltro
aſtitit·Nã Pauli põtificis maximi exercitui:cõtumaces iniuri
as vlciſcẽti:mille circiter delectos equites: ⁊ peditos cõpluri
mos in Vmbriã miſit·Qua quidẽ manu adiutus: hoſtẽ profli
gauit:celeriq; victoria potitꝰ eſt·Quis tñ tacitus ꝑterire põt:
que Sixto ꝑdeceſſori tuo ꝑſtiterit:q; forti aĩo ſũmoq; potentia
nõ dubitauerit eccleſie ptes ſuſcipere:eiuſq; dignitati cõſulere
Quibus in rebus maxĩe emicuit virtus ac magnanimitas cla
riſſimi atq; illuſtriſſimi Calabrie ducis eiꝰ ꝑmogeniti: qui cõ
ſilio:fortitudine:ſcĩa rei militaris ⁊ rebus geſtis:nõ modo du
ces ⁊ impatores oẽs noſtri tpis ꝑuertit·Verũ cũ omni antiqui
tate certare põt: ⁊ Hanibali:Marcello:Sertorio: ⁊ quibuſcũq;
pugnatiſſimis ducibus oĩ ex parte cõferendus eſt·Sed ne cru
da vulnera q̃ nõdũ cicatricẽ obduxerũt retractare videar:pau

59

cis rem perſtringā. Vereq; affirmabo: nullū Ro· pontificis exercitū vſpiā viſuz eſſe: in quo nō ſocia Ferdinandi regis arma ſtatim apparuerint: ⁊ cōi ſemꝑ marte pugnatū ſit· Ades ut inimici oēs Ro· eccleſie infenſi: ſemꝑ eidē lōge ante extiterint: decreuerintq; prius cū eo decernere: q̄ impia arma in pontificez mouerēt. Demū ad exitū perducēda eſt oratio nr̄a: breuiterq; ꝑorandū: dicendūq; Ferdinandū regē inclitū hūc illuſtriſſimū filiū ſuū (ut clarius lucidiuſq; animi ſui affectū erga ſanctitatē tuā exꝑmeret) ⁊ nos eius comites oratores deſtinaſſe: ut obſequiū ac verā obedientiā ſanctitati tue polliceremur: et vere ſincereq; fidei officia ſpōderemus nuſq̄ defutura· Qđ quidez in pn̄tia eius noīe efficimus· teq; ut xp̄i vicariū· Petri ſucceſſorē· pontificē ſummū· ſacerdotē maximū· Ro· eccleſie antiſtitem vniuerſe religionis xp̄iane preſulē recognoſcimus fatemur veneramur· ⁊ omni cultu ac pietate ꝓſequimur· Prouidentes deniq; nihil gratius nihilq; iocundius Ferdināđo regi futuruz q̄ ſi ſenſerit maieſtatis tue numen: eius nota atq; oblationes leto aīo atq; hilari vultu ſuſcipere· Et eius opib⁹ regno copijs claſſe· exercitu· liberis. fortunis· rebuſq; oībus ita vti: ac ſi proprie ac peculiares ſacroſancte Ro· eccleſie eſſent·

Inc 1274